



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

VIII. Ein gewisser Albert verkauft dem Probste zu Arendsee eine Getreidehebung aus dem Dorfe Howisch, am 3. Februar 1312.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

minuf Bernarduf facerdos et Johannes Georgii, magiftri cristiani testamentarii, Thietmaruf de vlsen, Johannes bormester, Henricuf de mechowe, Johannes georgii predictuf, Henricuf pertzeval, Johannes de kalene, Henricuf milde, Hermannuf cro-neke, Bodo de noua civitate, Thidemannuf de kercowe, Johannes de luchowe et Hoieruf de Distorp, confules predictae civitatis Saltwedel, quorum sigillo una cum nostro pre-sentem paginam in pleniorum premisorum testimonii evidentiam duximus muniendam. Datum et actum Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. XII<sup>o</sup>. Kalend. Marcii.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XXV, 4.

VIII. Ein gewisser Albert verkauft dem Probst zu Arendsee eine Getreidehebung aus dem Dorfe Howisch, am 3 Februar 1312.

In nomine Domini Amen. Quoties . . . gesta temporis retroacti cum factis notabilibus moderni temporis et futuri concidunt, est necesse, in commemoratione de premisis et recommendatione nova preteriti, pro celebriori notitia utriusque rei notabilibus et memoria cerciorari. Hinc est, quod ego Albertus . . . coram omnibus et singulis, quibus prefens litera exhibita fuerit, manifesta cognitione . . . quod de mea libera voluntate, una cum consensu filiorum meorum ac heredum, iusto ac rationabili venditionis contractu vendidi, ac serie vendo in presenti Reverendo Domino Meinardo, in Arndse preposito, duos coros siliginis minus quatuor modis perceptionis annualis in villa Howisch, ad manus monialium ibidem in Arndse commorantium, perpetuis temporibus possidendos, videlicet in curia cuiusdam villani predictae ville Howisch dicti segker triginta modios siliginis antedicti, In curia prefecti ibidem IV modios, in curia Gerhardi Kleinau unum modium, in curia Hollendens unum modium, in curia Rinkens III modios et in curia unius dicti Bindeman duos modios, in curia Witzonis dicti Hoster unum modium, in Thiderici curia Bodeker unum modium et in curia Gerhardi unum modium, quolibet anno dictis monialibus libere tribuendos. Insuper dicto preposito et monialibus sepe dictis compromitto, quotiescunque a me requisiti fuerint apud dominum Marchionem animo benevolo principis ad conferendum bona predicta resignando interimque eius collationi ad manus fideles reservando. In cuius rei testimonium sigilla mei Alberti predicti una cum sigillis honorabilium virorum Consulium civitatis Sehufen, et Arnoldi de Rossau, famuli, presentibus sunt appensa. Et nos consules Sehufen, nec non Arnoldus de Rossau, rogati ut premittitur, sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes huius sunt Dominus Henricus, Plebanus in Loffe, Dominus Conradus Spigel, Plebanus in Howisch, Nicolaus de Rossau, Jacobus Schandavel, Presbyteri, Giso Barfewisch, Hinricus de Osterburg, Zabellus de Bretsche, cives in Sehausen, et plures alii fide digni. Datum et actum anno Domini MCCCX secundo, crastino purificationis Marie virginis.

Lenz, Br. Urkunden S. 865—867.